


50

504

Handwritten text, possibly a title or name, in a cursive script, mostly obscured by the blue paper.

Handwritten text, possibly a date or number, in a cursive script, mostly obscured by the blue paper.

Handwritten text, possibly a small mark or number, in a cursive script, mostly obscured by the blue paper.



1
N. Inv. 5504.

Relatio status dioecesis cracoviensis

per Cajetanum Sotyk episcopum cracov.

a. 1765.

(pagg. 120)

Ms. A. 9. 2. 11. 16

Chapman

Providence, R.I.

1840

2
66
re.
tes.
Pere.
a m
con
teji
con
me
to v
es
ue
o
prio
abil.
us an
em
re
con
roia
e
uit
et
ens
tud
in
vis
et
difi
os
Boi
est.
em
nu
lu
rea
on
on

Relatio

Status

Diocesis Cracoviensis

1765.
to.

#

Relatio Status Die

Eminentissimi et Reverendi Dni Patris Colmi. in Craconia 1785 centi-

3

De Episcopatu huc hinc ad gubernacula Diocesis Craconiae, translatus in anno ad-
huc a 1759 Divina Providentia et Summi Dni Nri Clementis Illi felices regnantis
Gratia et Clementia id primum partium mearum esse intellexi, ut circa visitationem sacro-
rum Luminum E. W. statum Diocesis meae aperirem, rationemq; villicationis mea
Vinea Domini per hoc intervallum temporis redderem, maxime vero, ut Summi Dni
omnia alia inter res majorem una cum suo Supremo Capite Summo Dno Nro, Salvatiji-
mo Christo Dni Salvatoris Nri Dei veri Vicario, eo ut par est prosequeretur cultu, et ad omne
nutum eius Officium meorum promptitudinem significarem; Equidem aliquantulum
nisi sicut me in Sapientissimo E. W. consensu, id est non eo instante, quod Canonica
et Constitutiones Episcopales praescripserunt, nihilominus per supplicem postulationem ce-
rari dari mihi gratiam Summi Dni Nri praerogationem, quam per Organum Synodum
E. W. indulgentiam obtinui, cuius terminus in mense Decembri anni praesentis expiravit.
Profecto si fas est vera loqui, hoc genus muneris mei, haud ulla ratione superioribus an-
nis a me praestari potuit, etsi voluntas non defuit. Porro posteaquam in possessionem
perveni istius Diocesis tanta, tamq; vastissima in sua extensione, amplissima in numero
Fidelis Populi et Cleri, ante omnia induxi in animum, ut primum oves meas cognoscerem,
et cognoscerent me meo, tamen deniq; quae essent vera a falsis discernendo, quae salutaria
a noxijs separando, E. W. clarissimam, atq; in hunc finem ab exordio Pastoralis cure
meae, quantum per obsequia publica eaq; gravissima, ut Senatori in Regno Nro licuit,
in Persona mea principalium Ecclesiarum et locorum visitationem institui, inchoavi, et
perfecei, videlicet Civitatum Lublini, Pandominiae, Opotovic, Sardeciae nova et veteris
Bobovic et aliarum Parochialium ubiq; locorum non parcendo tempori, opera prelu-
dendi, ut aliquot hebdomadas impenderem in docendo Populo Dei quae sunt salutis, in
percipiendis Animosorum sensibus, in componendis inimicitijs nec non in ferendis
Reformationum Decretis, ut Clerus et Populus Christianus, intra Leges Divinas et
humanas sese contineret, Ad reliquas vero per universam Diocesium hinc inde dis-
tas Parochiales Ecclesias specialiter visitandas partim institui Delegates Visitatores, Viri
virtute et Doctrina commendatissimi, partim eos desposui, compulsiq; quibus ex vi Epi-
scoporum suarum res competet visitandi, et de facto jam in majori parte satisfactum est.
meae voluntati, respective institutum visitationum. Verum enimvero subsequens
Interregnum per fata gloriose memoriae Serenissimi Regis Nostri Augusti III. porre-
dit cursum huiusmodi inceptorum laborum, qui tamen Dei operante Gratia reaspu-
mentur, omniq; vitium mearum contentione finem suum consequentur. Interea
quos, quantosq; spatio septem annorum per directionem internam et externam
istius Diocesis collegeri fructus, pro gloria Dei et augmento Fidei Nostre, eadem in

breui fasciulo descripto concinnato, ad tramites instructionis jam alias ab huc Sa
Congregatione data Et N^o transmitti per Nuntium meum D^m Michaellem Cornitem
Sollyk Cathedralium Crauicem Limicarium meum et Fratrem Latuveli Nepostoni,
ad visitanda Nomine meo S^t Apostolorum Limina, et S^t D^m D^m N^o pedes deoscu-
landos specialiter delegatum, quem benigne suscipi, Eodem fidei in omnibus adhi-
beri, ac protectione non deesse cum maxima Officiorum meorum satisfactione Et
N^o ^{res} _{no} obtestor.

Tempus Ereptionis et institutionis Episcopatus et Diocesis mee repetitur ab Anno 1025
quo Fides Orthodoxa in oris septentrionalibus disseminari et erigere cepit, quoniam Sime-
onius Primus Poloniae Princeps ducta in Poliam uita Dabrowka Filia Ducis Bohemicae
suscepit. Atq^{ue} S^{us} Princeps inter reliquos Episcopatum Crauicem fundauit et dotauit.
Praefata Diocesis mea intra sequentes est posita limites, versus septentrionem Archi-
Episcopatu Inesnor, ac in parte Episcopatibus Posnariem et Luceorien, versus orien-
tem Chetmen et Cremisliem itidem Episcopatibus, versus meridiem Regno Hun-
garie, et Archiducatu Trigoniensium clauditur et ambitur, versus uero occidentem notabili
parte in Silesiam protenditur eamq^{ue} penetrat et cum Diocesi Wratisslariensi contemorat.
Inter cetera Episcopatus Crauicem Privilegia haec reuerentur: Episcopus Crau-
uicem primum ubiq^{ue} locum tum in privatim publicisq^{ue} conuentibus, tum vel maxime
in Senatu post Archiepiscopos in Polonia occupat et tenet. Secundo Antehac Archiepi-
scopi gaudebat titulo, et Rationali uelut adinstar Sallij quod suo loco infra describitur.
Tertio in consecratione Primatis Regni non alter quam Episcopus Crauicem conse-
crando manus imponere debet, ut in uetustissimis codicibus legitur. Quarto Et Can-
cellarius Praeclarissime Academiae Crauicem de qua uide in sermo infra reuertet.
Quinto Et Dux Sueriae cum omni iure Ducali absq^{ue} ulla a quoquam dependentia
huiusmodi Ducatus protenditur in longum et latum plura milliaria Polonia.
Praedicta Diocesis in sua vasta censione continet tres amplissimas Prauincias, seu
ut uulgo apud Nos ajunt Palatinatus Crauicem Sandomircem, Lublinem, Ducatus
item tres Latorien, Osuicicem, Seuerien, ac Territorium seu Praefecturam Repu-
blican. Urbes maiores Nobilioresq^{ue} Crauicem, Sandomiriam, Lublinum, Cuiusmodi
minores Districtuum et Terrarum capitales uiginti, Oppida ducenta, uillas uero
et Lagos fere millenos.

Diocesis hujus Caput est Crauicia, Urbs perantiqua totius Regni Metropolis, a Graeco
Romano, ut quidam uolunt, contemorat, Historici, quem Illustrates Crauicem appellant.
primis fundata. Templorum Magnificentia, aedificiorum praestantia, Lapulorum
frequentia, rerum omnium ubertate inter reliquas Regni Urbes facile Princeps.

Suzer
D

super ripam Vitule Fluvij sita. Amplitudo ejus exurgit coalescitq' et adjacentibus contiguis Civitatibus Cauniria, Pradornia, Ceparia, Westa, Visario vocatis, et alijs latissimis suburbijis in circumferentia positis, muris et vallo munita. Complectitur Ecclesias cum Capellis publicis ultra septuaginta. Præter Cathedralẽ Basilicam numerat Collegiatas ac Parochiales duodecim, Regulares utriusq' sexus triginta sex, Hospitalia tredecim. Principalis in hac Urbe Ecclesia Cathedralis, quemadmodum in hac re omnes Nostri Historici consentiunt, olim Archiepiscopalis, constructa a Niccolao Primo Polonie Principe, (qui primus Lumen Fidei suscepit) omnium in hoc Regno antiquissima, et plantatæ Fidei in his oris costanea. Castello et Palatio Regio contigua supra montem Wavel nuncupatum sita, ipsiq' vertici montis insidens. Erecta fuit in Titulum S^{ti} Venceslai Martyris Ducis Bohemio, ut annales referunt, opera et studio supra memoratæ Dobrowka Conjugis Micislai Fundatoris, Sacris Lapidibus ejusdem S^{ti} Martyris primitus consecrata, atq' successu temporis, altero Titulo itidem principali S^{ti} Stanislai sui olim Episcopi et Martyris aucta est et decorata. Celeberrima est hæc Domus Dei non exteriori duntaxat fabrica sumptuosa, videlicet Turribus excelsis, et affabre elaboratis eminent, in quibus exstant campanæ plures, sumptu Regum et Præcerum Regni comparatæ, inter has eminet una immense molis à Sigismundo Primo Polonie Rege Pio et liberalissimo oblata, quæ certis non nisi interstitijs temporis pulsari solet, deinde lecto in solidum ex lamina ærea in multis Capellis ære copiose decorato resplendens, sed præterea ad intra monumentis antiquitatis, Massolæis, Sacellis Regum, Principum Penatorum commendata, suppellectili aurea et argentea, gemmis, lapidibus pretiosis, omnig' apparatu S^{to} dives. Deinde resplendet gloriaturq' plurimis Sacris ipsiq' authenticis Sanctorum Reliquijs. videlicet Corpore S^{ti} Stanislai Episcopi et Martyris urnæ argenteæ tricubitale inclusa, in medio Ecclesie super Altari in massolæo marmoreo adinstar Capelle fabricato Fidelium cultui exposito, Ejusq' Capite in reosiva theca aurea lapidibus pretiosis adornata recondito. Item Capite S^{ti} Floriani Martyris, insigni parte S^{ti} Venceslai Martyris, ac aliorum S^{ti} Martyrum et Confessorum varijs membris et pecciculis, quæ suis thecis conservantur. Reliquijs vero quas miles Sæcicus tempore hostilitatis ex suis pretiosis spelavit involueris, in uno decenter collocatis receptaculo. Item reperitur notabilis particula de Cruce Salvatoris Dni, Cavus aliquantum immixtus ex tribus quibus affixus fuerat Cruci Christus, Dominus, una spina de Corona Crusti, quæ modo dictæ habentur pro authenticis ex antiquissima Traditione et testimonio Annalium. Hæc omnes Reliquiæ in separato loco Sacrarij con-

July
S

ulto fabricato in formam Altaris manent recondite simul, et in Domini-
ca tertia post Pentecosten, quae est Anniversaria Dedicacionis hujus Ecclesie pu-
blice Venerationi Fidelium exponuntur. Item inter Supellectilem Sacram hujus
Ecclesie Sacrarum, est quoddam Rationale in distincta aliquantulum forma a Sillis
quodq; Rationale ex solis purissimis gemmis S^{ae} Hedvigis Principis Polonae ma-
nibus confectum et elaboratum ad hoc usq; tempus per tot secula manet illa-
sum in omni parte, absq; ulla evulsiōe minima gemma ex suo loco, quod quasi
pro miraculo habetur. Siliusmodi Rationale Episcopi Cracovien, ut supra dixi-
mus in memoriam Archiepiscopalis Dignitatis in celebrionibus Festis uti solent.
Collata hic antiquissima Betate Crucifixus pro Gratioso, quem multoties locutus
fuisse Diva Hedvigi futura tradiderunt memoria rerum Nostrarum Scriptores.
Habet hoc singulare pro ceteris Ecclesia Cracovien Cathedralis: quod in ea coronantur
et sepeliantur Reges et vi Legum Regni. Ultima Coronatio Serenissime moder-
ni Regis Stanislai Augusti peracta quidem est Varsaviae, sed super haec pro-
cepit omnium Ordinum Regni consensus lege statuta pro hac sola vice et non
amplius.

Ab initio in hac Cathedrali Ecclesia complexo numerum praeter Archiepiscopos
septem; Episcoporum non interruptim succedentium sexagimum. Capitulum
illius est celeberrimum vocaturq; in Nostra Natione Seminarium Episcoporum,
quoniam in eo quotquot ferme numerantur Episcopi, fuerant aut Praelate, aut
Canonici. Capitulum modo dictum constat Personis triginta sex, hoc est Praela-
tis seu Dignitatibus septem, Decano, Archidiacono, Proposito, Scholastico, Can-
tore, Custode et Camerario, Canonicis viginti novem, ex quorum numero viginti
tres intrare Capitulum non possunt, nisi prius deduxerint per authentica docu-
menta Nobilitatis suae originem, eamq; super quatuor Stemmata deductione
Testium Nobilium fide dignorum jramento firmatam. Reliqui vero Canonici
Doctorales quinq; hoc est duo ex Theologia, duo ex Jure sex quorum numero ad-
duos unum Theologalem et alterum Juridicum Academia Cracovien jus ha-
bent, tam eligendi, quam pascendi; et unus ex Medicina ad similem Nobilita-
tis deductionem non tenentur. Quicq; omnes Praelate et Canonici habent suos
Fundos et Praebendas sufficientes, habent itidem Domos et residentias congre-
uas decentesq;. Adsunt illis villa plurimae praestimoniales, ad quas ex seruo per
optionem de tenuioribus ad pinguiora promoventur. Massa distributionum est
optime provisā, quia pro hac manutentione, Capitulum possidet Bone

5
Comitatus Fabronica, nuncupati, cum plebis villis, ex quibus proveniens sum-
ma inter intereferentes distribuitur. Item pro Fabrica Ecclesie, pro Sacristia et alijs
expensis, habet proventus sufficientes distinctim pro unaquaque re ordinatos. In
super dictum Capitulum gaudet Statutis optimis particularibus prudenter et
saluberrime conditis, que omnes fere casus et circumstantias resolvere possunt,
quibusq; exacte regitur, et ut absit factantia verbo, magno observantiae eorum zelo
invegitatur. Quilibet Prelatus et Canonicus noviter accedens ad Capitulum
iurejurando se obstringit ad observantiam praedictorum Statutorum, quod et
ipsemet Episcopus circa ingressum sua Cathedra prestare tenetur. Prelati
atq; Canonici et si non omnes continuo peris Cathedram resident, nihilominus
semper eorum notabilis frequentia adest. Congressus seu Capitula Generalia
ternis in anno vicibus celebrantur, circa Festum Purificationis Dei Para Virginis
circa Festum S^{ti} Stanislai Episcopi Martyris in Mayo, et circa Festum Trans-
lationis Episcopi in Septembri. Particularia vero Capitula obveniunt semel in heb-
domada quavis die Sabbathi. Hae eadem Ecclesia Cathedralis complura Pre-
sbyterorum Collegia numerat. Primum Vicariorum olim ex triginta nume-
ro diminutos decursu temporum proventus ex quindecim Personis compo-
situm. Isti in Choro vices Canoniorum gerunt, Officium Divinum quovis
die cantu Gregoriano seu Chorali exacte decantando, et quod in nulla alia
Ecclesia Poloniae in usu est, matutinum semper media nocte canendo absol-
vant, eidemq; punctualiter interesse studiosissime curant. Siquidem praescriben-
tibus Statutis ipsorum per unicam etiam absentiam absq; turno et ratione ad-
missam in notabili emolumentorum parte mulctari solent. Secundum Col-
legium Mansionariorum constans octo Presbyteris, qui per Legem Erectoris
Officium parvum B^{ne} Virg^{is} Mariae et Missam de Eadem quovis die canere debent.
Tertium Prebendariorum S^{ae} Crucis ex totidem Personis coalitum, Officium
de Latione Dⁿⁱ ac Missas in suis Capellis quovis die decantantium. Quartum
Galteristarum, aliquando decem, aliquando plures Presbyteros comprehendens,
qui horis diurnis et nocturnis ab alio officio vacantibus Galterium ante san-
ctissimum ita continuo occurrunt, ut Ecclesia nunquam sileat, ac insuper Mis-
sas cantatas statutis diebus absolere sunt adstricti. Quintum Collegium Preben-
dinariorum B^{ne} Virg^{is} Mariae Perantista dictorum ex eo: quod pro pervectate
Polonorum erga Mysterium Dominicae Incarnationis devotione Missam de B^{ate}

Horate Celi alias ut in Adventu quotidie in cantu Figurati vocaliter cum perfecta exactitudine iuxta antiquissimam fundationem decantent. Scilicet Praebendariorum Angeliste nuncupatorum eo quod pariter Votivam de S. Angelis ad tramites Erektionis suae in cantu Figurati vocaliter determinatis diebus rebos vere teneantur. Septimum Collegium Penitentiariorum fundationem bene proviam habentium, quorum aliquos semper iuxta horarum distributionem Sedes Confessionales occupare, et Confessiones Fidelium excipere obligantur. Gregarii huius Collegio solent mediante sufficiente salario Regulares rite probati et commendati, qui omnes Penitentiariorum exacte muneri suo satisfaciunt. Unus quoque ex Canonicis Doctoribus Theologis solemnioribus anni Festivitatibus Sedem Confessionalem occupare, et alij Penitentiariorum ad normam majoris Penitentiariorum praesidere consuevit.

Primitive in hac Ecclesia Verbum Dei praedicabant Canonici, sed ab aliquo saeculo id obsoletum, ex quo saepe temporis provisum est bona Fundatio pro pluribus Praedicatoribus, quorum numerum componunt capucini Viri tan ex Clero saeculari, praesentim ex Academicis, quam ex Regulari assumpti soliti qui dispartitis Festis praedicant. iam autem in Quadragesima ^{si ce Suggestu} quotidie verba faciunt.

Abundat eadem Ecclesia Altaristis et Capellanis prope centum, ad missae sacrificia in varijs Capellis celebranda fundatis, olim notabiliter pluribus, in praesentiarum ob ~~extinctis~~ ^{extinctis} redditibus ad praesens prope numerum recatis.

Habet item duos Vel-Custodes seu Sanctuariorum Presbyteros Sacratio quotidie deservientes, et galeophylacium custodientes, in quorum adiutorium quotidie interdum nocturno praesto semper adveniunt sex Laici Sanctuariorum dicti ad obsequia Ecclesiae custodiendam eandem, et pulsum campanarum, et pientibimus Regum Fundatione destinati.

Habet Pericorum Seminarium in Diocesi antiquissimum inferius inter Seminarium collocandum, cujus Alumnus Presbyteri quotidie Missam unam decantant, et aliquot lectas in septimana statutis diebus dicere tenentur, in officijs Acolithorum, Thureferentium et alijs, Ecclesiae obsequia praestant.

Denique eadem Ecclesia optime provisum est quo ad proventus pro Capella Musicorum, quam continuo habet ex elimijs et melioribus subjectis quindecim constata voce et instrumentis Laudes Divinas resonantem.

[Handwritten signature]

Opportune hoc loco inveniendum venit: in hac Urbe Capitali Cracovien^{si} existe-
re Universitatem, cujus ego natum Cancellarium et ultime instantie Judi-
cem gero. Hapso penultimo mense receptis ad id S^{an}cti D^{omi}nⁱ N^{ost}ri et S^{an}cti P^{etri} li-
M^{ag}ist^{ri} Poloniarum Prescriptis Visitationem ejusdem formalem inchoavi, cui
longi temporis operam ob multitudinem agendorum navare oportebit. inter-
rea vero pro aliqua saltem noticia exarandum censeo: eandem Universitatem
Privilegijs S^{an}cti Sedis Apostolicis et Regum Poloniae abunde munitam, ob redditus
partim extintos proorsus, partim diminutos valde insufficienter ad praesens provisio-
nem habere Doctorum et Professorum Collegia. Primum majus dictum per
Vladislaum Jagellonem Poloniae Regem fundatum in quo dicuntur Lektionen
Theologiae, Philosophiae, Medicinae et Mathematicae privatae quo ad Juridicas
Secundum Jurisconsultorum ab eodem fundatum in quo per Doctores et Professores
Juridicos traduntur omnes tam Canonicae quam Civilis Juris sectiones. Tertium
Collegium minus dictum in quo particulares Philosophiae tractatus et reliquarum
Scientiarum lectiones dici solent.

Collegiatae Ecclesiae Diocesis mea habet sexdecim, et quamvis **Complures** sufficien-
tem Dignitatum et Canonicorum numerum complectantur, nihilominus unica
non nisi Sandominica principalis et insignis est, post Cathedralis prima, Digni-
tates sex Canonicos sexdecim numerans, qui aliquot divitaxat exceptis possident
Praebendas sufficienter dotatas. Ecclesiae haec antiquitate structure, et ornamentis
percelebris, omni suppellectili ad abundantiam provisae, distinctis gaudiis pro fabrica
Templi, necessitatibus Sacrarum, et distributionibus quotidianis intersipientium redditibus
Habet duos e gremio Canonicos Concionatores ac unum Penitentiarium, nec non
Collegia Vicariorum ex Personis decem, Mansionariorum ex Personis sex, Psalteri-
harum ex Personis quatuor conflata. Capellanos denique Altaristas, Capellam Musicorum
et Sanctuaricos ad obsequia et custodiam Ecclesiae destinatos. In expedita istius Collej-
atae, et totius Urbis Sandominicae Visitatione, utilia Deverba condere, et rectum ordi-
nem quo ad crimina instituire curavi. Collegium Vicariorum ex Praebytis Pecu-
nibus in communione viventibus (qui magno cum laude Ecclesiae servire existunt)
constitui, habitationem et mensam communem pro ijs curavi, antiquiores
vero Vicarios alijs Beneficijs provideri feci. Eadem Visitationi Sandominicensi
subiecta fuerunt Monasterium Monialium Regulae S^{an}cti Benedicti Peligianum
quinguentas duas numerans. Duo monasteria Ord^{inis} Praedicatorum numerum
sufficientem non alentia. Ecclesiae Capitulo Collegiatae incorporate, Monasterium
et Hospitale Canonicorum Regularium S^{an}cti Spiritus de Saxa. Seminarium

Alen

Clericorum sub regimine S. L. Societatis Ieri existens. Typographus Colle-
gij eorundem S. L. ac Confraternitates in Ecclesijs Regularium reperibiles.

Secunda Collegiata S. Floriani Leopoldiae ad Cracoviam, habens Dignitates
quatuor, Canonicos sex, Vicarios quatuor.

Tertia Collegiata Viliensis, Dignitates sex, Canonicos septem, Vicarios sex.

Quarta Kielensis Dignitates quinque, Canonicos novem, Vicarios decem
et Presbyteris in commune viventibus.

Quinta Sarcinivica, Dignitates tres, Canonicos sex, Vicarios totidem.

Sexta Collegiata S. Michaelis in Arce Cracovica, Dignitates tres, Canoni-
cos quatuor, Vicarios totidem.

Septima Sandecem Dignitates septem, Canonicos sex, Vicarios totidem su-
merans. Sandecensis Civitas est duplex nova altera, antiqua altera, una

Leuca inter se distant, ambae prope fines Hungariae in oris maxime mon-

tanis sitae. Ultramque visitari, et opportuna Decreta condidi, numerum

Viciorum Collegiata duobus subjectis ausi, pro amplificanda et reparan-

da illorum residentia aliquot millia florenae monetae Nostrae de proprio

reliqui. Fabrice etiam Collegiatae, quae Episcopum Fundatorem et Labro-

rum recognoscit, annuos proventus perpetuos sufficientes providi. Visi-

tatio huius Sandecensis complexa est Monasterium Monialium Regulae

S. Clarae ex sexaginta duabus Personis compositum in vetera San-

decia antiquissime fundationis Divae Cunegundis Ducissae Poloniae. Sa-

rothialem ibidem, Confraternitatesque in Ecclesijs Praemonstratensi et

S. L. Conventualium existentes.

Octava Collegiata Opatovica habens Dignitates quatuor, Canonicos se-
ptem, Vicarios quinque, per me pariter uti et tota Opatovia visitata.

Nona S. Georgij in Arce Cracovica, Dignitatem unam, Canonicos quatuor
Vicarios totidem.

Decima S. O. Cracovica Dignitates septem, Canonicos quindecim, Vicarios octo.

Undecima S. Anna Cracovica Dignitates quinque, Canonicos sex, Vicarios totidem.

Duodecima Jarovica Dignitates septem, quas inter prima Dignitas Prae-
positus est Infulatus, Canonicos decem, Vicarios sex, Mansionarios quatuor,

et Palteristas totidem.

Decima tertia Lublinensis, Dignitates septem, Canonicos octo, Vicarios decem

numerans. Aujus quinque Collegiatae ac totius Urbis Lublinen Visitationem

implevi

instilui. Statuta Collegiate, mensam communem Vicariorum, et alia necessa-
ria, tam pro Clero Seculari ac Seminarij Pericorum, quam etiam pro Monaste-
rij Monialium S^{ae} Brigittae, Visitacionis B^{ae} Virg^{is} Mariae, Domo et Hospitali
Puellarum Charitatis, nec non binis Castris Carmelitanarum discalceatarum,
uno Monasterio S^{ae} Clarae, ac compluribus Confraternitatibus. hoc in loco visita-
tis manserunt.

Decima quarta Collegiata Woynicensis Dignitates sex, Canonicos totidem Vicari-
os quinque

Decima quinta Collegiata Boboviensis habens Dignitates quatuor, Canonicos sex,
Vicarios quatuor, per me pariter cum toto oppido in oris montanis sita visitata,
ac opportunis reformationibus provisa.

Decima sexta et ultima Collegiata Lilceensis Dignitates quinque, Canonicos
quatuor, Vicarios totidem numerans.

Omnes descriptae Collegiatae s^{ed} duabus duntaxat scilicet S^{ti} Michaelis et Perigij exee-
ptis sunt simul Parochiales, praeter vero Insignem Sandomiriensem, in nulla ha-
bentur quotidianae distributiones.

Parochialium Ecclesiarum calculo praemittendum necessario est, Diocesim
hanc Cracoviensem ab antiquo in Decanatus Rurales quinque, in duas divisam
esse. In ipsa Urbe Cracoviensi duo hujusmodi Decanatus Rurales numerantur
Alter Archiepiscopalis, qui Ecclesias Parochiales et Capellas publicas duo-
decem, Praepositi S^{ti} Floriani alter, qui quatuordecim Parochiales et Capellas
in se complectitur. Non incongrue hoc loci faciendum est mentio Cracoviae
post Cathedralis et Collegiatae, celebratissimam esse Ecclesiam Parochia-
lem B^{ae} Virg^{is} Mariae Archiepiscopalem dictam eo, quod Archiepiscopato
terro sapulato sit ornata, ac praeterea commendatissima ex structura Templi,
antiquissima et Magnifica, divitijs, numerosis Collegijs Vicariorum Man-
sionariorum, Palatinarum, Penitentiariorum, Capellanorum Altaristarum
Vul-Custorum seu Sacristiariorum, et Capella minorum.

Per Diocesim vero universam Decanatus Rurales continent in se Parochiales
sequenti serie: Decanatus Veliciensis Ecclesias duodecim, Dobryczensem viginti
sex, Lipnicensem viginti sex, Woynicensem octodecim, Opatovecensem viginti duas, An-
dreeviam viginti sex, ~~Skalnicam~~ quindecim, Prosevicensem viginti Vitovicensem octodecim,
Scavinen viginti, Latorien triginta duas, Cracoviam sexdecim, Zywiecem octodecim
Lilceensem in Silesia viginti duas, Bythorien in Silesia triginta duas, Nowi
montis viginti septem, Skalen triginta, Coprivnicensem quatuordecim, Lotu-
necensem sexdecim, Michovianensem duodecim, ~~Radzovicensem~~ novemdecim Wozdovi-
ensem

ene viginti, Zawichosten duodecim, Opatow^{ien} decem, Lapanowien se-
ptemdecem, Kijon viginti duas, Sokolien sexdecem, Podzantien viginti
duas, Kunowien septemdecem, Radomien viginti quinque, Sztetyen sexdecem,
Mielecien quatuordecem, Ropczyen quatuordecem, Strzyzowien undecim,
Pilsnen viginti, Zmigrodien duodecim, Jastien septemdecem, Beccen vi-
ginti duas, Bobowien viginti, Sandeem triginta, Novi Tori viginti quatuor,
Sepusien sex, Tarnobien viginti unam, Luceowien quatuordecem, Larelto-
wien viginti unam, Chodelien viginti tres, Casimirien sexdecem, Solcem
quatuordecem, Lelowien quadraginta duas, Wolbromien viginti, Parochi-
ales igitur Ecclesie universim, computando Cracovic existentes, ac Collegia-
tas que habent jus Parochiale, ascendunt ad numerum 1002. Anima-
rum vero in unaqueq; Parochia contentarum quantum sit numerus, ratio ^{accurata} rati-
one nequit, nihilominus prudenter conjiendo ac populosioribus Parochijs subtrahen-
do, minoribusq; superaddendo, sub quavis Parochiali Ecclesia mille anime, adu-
tos solos recensendo, computari possunt.

Plurime ex pramis Parochialibus aliquos habent Sacerdotes, imo longe
pauciores tales, que duntaxat unum. Completes titulis Prepositorum ador-
nate, et una Klimuntowien Preposito Infelato gloriatur.
Sunt quantum possibile est suppellectili sufficienti provise, inq; bono statu man-
terentur. Verumtamen in tanto numero reperientur quoq; aliqui valde
pauperes, aut vix unum Presbyterum alere capaces. Cuilibet ex descriptis De-
canatibus preest Decanus Ruralis, unus ex Parochijs doctrina et probitate pre-
stantior, ad hanc provinciam a tunc preelectus. Hujusmodi porro Decanorum
Ruralium Officium est, binis vicibus per annum congregationes Parochiarum
et Presbyterorum sui Decanatus convocare, et celebrare, in quibus fiunt, et
peraguntur Conferentie Theologicæ morales, ex questionibus et casibus antici-
pative per Edictum Decanale propositis, revidentur et examinantur Libri
metricarum, facultates excipiendarum Confessionum &c. serutinium su-
per defectibus Curatorum, et aliorum Ecclesiasticorum, instituitur. atq; de
omnibus compilate exacte informationes per Decanos Officio Ordinario
transmittuntur, et exhibentur. Idem Decani quotannis semel Ecclesias Pa-
rochiales et Capellas visitant, minores defectus ipsi castigant, et emendant,
majores et notabiliores Officijs deferunt. Præterea que ad Visitacionem quæ
Ordinariam et formalem frequentius et accuratius faciendam tota Diocesis
partita est inter Archidiaconos ^{os} et alias Dignitates Collegiatarum Jure

Archy

Archidiaconali ad visitandum praeditas. Unde Archidiaconus Cathedralis Cracoviae
visitare debet Decanatus Cracoviae existentes, duos, et Rurales quindecim. Archidia-
conus Laurichosten Decanatus tres, Sandomiriensium quatuor, Sandecensis septem, Lu-
blinensium quinque, Kojniczianensium sex, Lilecensis unum, Praepositi Collegiarum Visti-
ciana, tres, Kielcensis duos, Tarnoviensis unum, Lilecensis unum, Decanus Colle-
giata Kielcensis duos.

Monasteriorum Diocesis nec enumeratio nem prosequitur propriis signi-
ficandum ex duobus specie in eadem Abbates Benedictinos quatuor Synecensium Com-
mendatarium, Synecensem Claustralem, S^{ae} Crucis alias Calvi Montis et Pieci-
chovicem Claustrales. Abbates Cistercienses sex Clara Tumba, alias Mogilem, Van-
chocem et Andreoviensem Commendatarios, Andreoviensem, Coprivnicensem et S^{ae} Ma-
rycen Claustrales. Abbates Ordinis Praemonstratensis duos, Hebdoviensem Com-
mendatarium, Sandecensem Claustralem. Abbatissas Benedictinas tres, San-
domiriensium, Paniatocensem et Radomiensem Abbatissas Praemonstratenses qua-
tuor Lwiersynecensem, Cracoviensem, Tarnoviensem, et Buscensem Abbatissam
Regulae S^{ae} Brigittae unam Lublinensem.

Monasteria Virorum in hac Diocesi habentur et imprimis Canonorum Regu-
larium Lateranensium septem, Custodum S^{ae} Sepulchri quatuor, Canonorum
S^{ae} Spiritus de Savia duo, Canonorum S^{ae} Penitentiae quatuor.

Monasteria Monachorum et Regularium:

S^{ae} Augustinianorum sex, Basilianorum unum, S^{ae} Benedictinorum quinque, Ber-
nardinorum, alias Minorum S^{ae} Francisci de Observantia septendecim, Fratrum S^{ae}
Joannis de Deo tria. S^{ae} Cisterciensium quinque, Cambrulensium tria, Capucinorum quinque
Carmelitarum antiquae Observantiae Calcetorum quinque, Carmelitarum discalceato-
rum totidem. S^{ae} Dominicanorum alias Ord^{is} Praedicatorum quindecim
Franciscanorum seu Conventualium S^{ae} Francisci septem, S^{ae} Societatis seu
quinque, Norbertanorum seu Praemonstratensium tria. Paulinorum alias S^{ae}
Pauli primi Eremitae septem, S^{ae} Reformatorum Ord^{is} S^{ae} Francisci duodecim,
Clericorum Matris Dei Scholarum Larum sex, S^{ae} S^{ae} Trinitatis de re-
demptione Captivorum tria Sacerdotum Saecularium Congreg^{is} Missionis Do-
mus quatuor.

Monasteria Monialium Regulae S^{ae} Benedicti quatuor, Regulae S^{ae} Clarae quae
apud Nos Bernardinae dicuntur tria, Regulae S^{ae} Brigittae unum, Regulae S^{ae}
Dominici tria, Regulae S^{ae} Francisci Franciscanae appellatae duo, Carmelitana-
rum quatuor, Regulae S^{ae} Norberti Praemonstratensium quatuor Regulae S^{ae} Fran-
ciscanae

uicij

de Sales alias Visitatoris B^{me} duo, Sororum Misericordie duo.

Ex Monasterijs Virorum omnia fere Canonico Regularium subsunt immediate Jurisdictioni mee, complura quoq; aliorum Regularium numerum subje-
ctorum sufficientem non alentia. Monialium quoq; Claustra prater Bernardinas
Dominicanas et Carmelitanas Jurisdictioni Ordinarij immediate subiecta sunt.

Sex Seminaria Clericorum habet mea Diocesis, tria sub regimine Presbytero
Congregis Missionis nempe in Arce Cracovien, Radomiae ad Cracoviam et Lubli-
ni, unum sub regimine Universitatis Cracovien, unum sub regimine Presbyte-
rorum in commune viventium Societatis, unum deniq; sub directione S. S. Soc:
Jesu Sandomiriae. Fuit quoq; non ita pridem septimum Seminarium in cura
eorundem S. S. Lublini, verum ego sub tempore Visitatoris ex gravibus causis
illud univ. alteri ibidem Seminario in directione Congregationis Missionis existenti,
ex duobusq; eligis unum numerosum constitui.

Nullum ex recensitis Seminarijs percipit proventus ex taxa Beneficiorum
per S. Concilium Tridentinum praescripta et indulta, sed omnia stabilibus suis gau-
dent Fundationibus, ex quibus fixos redditus participant. Nonnullis ipsorum rector,
porata sunt pro dote sufficientiori aliqua Beneficia. In omnibus universis alum-
tus quotannis Alumni plus quam centum, ultra plures ditiores, qui se proprijs
in eisdem impensis sustentant.

In quolibet ex parte imbuuntur proprijs Spiritu Sacerdotali, Theologiae Moraliq;
Scientia cantus, Rubricarum, ceremoniarum, predicationis et alijs viro Ecclesiastico op-
portunis, in aliquibus etiam Philosophia, Theologia dogmatica et speculativa.
Non admittuntur ad alumnatus fundationales nisi annorum viginti duorum
completorum, q; Philosophi tantum, aut ad minimum consummati Aethores,
Ordinarij Presbyteri nequeunt, nisi biennio in Seminario adaequate expleto, ita vo-
lentibus salutaribus Antecessorum meorum praescriptis.

Schole vero publicae in Diocesi mea sunt imprimis Cracoviae in Universitate
Pincoviae, et Tarnoviae in Colonijs ejusdem, tum Societatis mea Civitate, ubi
Presbyteri seculares in commune viventes. Sandomiriae, Lublini ubi S. S.
Soc. Jesu, Radomiae, Podoloneviae Luboviae ubi S. S. Scholarum S. Caroli Hu-
maniores literas Philosophiam Theologiamq; publice docent et praesent, ac
praeterea in Civitatibus minoribus et Oppidis pro instruenda egentiori juven-
tute habentur Schole Parochiales.

De Hospitalibus Diocesis hujus non multa scribenda veniunt. pau-
cipima enim sunt, et tenues exigua dote provisae, sunt sub directione aut la-
noni

nonicorum S^{ti} Spiritus de Saxia, aut Fratrum Joannis de Deo, aut deniq^{ue} S^{ti} Bernardi
Misericordie, administrationis eorum rationes solent irri et fieri. Sunt etiam duo
Senodochia Presbyterorum invalidorum, Cracovie alterum, Sandomirne alterum
quorum regimini similiter attenditur.

Montes Pietatis penitus non reperiuntur. Cracovie duntaxat est una Confraternitas in
Ecclesia Archipresbyterali Misericordie nuncupata, que monti Pietatis equivaleat, Præter
quam enim, quod cleemousinis egenis sublevat, mutua etiam gratis omnino dare solet.
exactissime per suos Officiales gubernatur.

De mea Personæ rationem daturus propriis curantibus me in Diocesi mea semper rei-
dere, præterquam quando me negotia Republice ad Regiam, ~~tum~~ ad Dietas seu Gene-
ralia Comitia et Senatus Consulta, tum ad latus Regium, iuxta præscriptum Legum
Nostrarum exeant, quavis et ibi commorans, Publicis negotijs vacans habereis regi-
nis Pastoralis non dimitto.

Domus meæ ad reverendum Salaria videlicet et Castella intra Diocesim sunt ~~quædam~~ ^{septem} verò
in principalioribus, hoc est Cracovie et Kielciji reverere est mihi solitum

Visitatori Principalium Ecclesiarum quæ multiplicem navaverim operam quantum ne-
gotia Republice permiserant, jam supra innui.

Ordinationes Sacras ubi operaretur perlibenti Animo, quemadmodum et Sacramentum
Confirmationis administrari, et contigit sæpe numero sub tempore Visitationis, me uno
die aliquot millia hominum confirmasse. Ecclesias itidem per multas ubi se obtulerit
opportunitas et necessitas, consecravi.

In Adjutorium laborum meorum ex veteri Institutione fovetur in hac Diocesi Suffraganeus
Episcopus in partibus unus ex Personis Capitularibus Ecclesie Cathedralis habitum et suffi-
cientem habens proventum ex Bonis Memæ Episcopalis ab antiquo provisorum Sui ad præ-
sens est S^{er}enus Franciscus Potkowski Episcopus Satorvensis, Prelatus Pietatis, doctrina
et laboribus, quos pro Ecclesie Dei libenter sustinet, maxime laudatissimus. Stante vero
jam meo regimine Primus D^{omi}nus Noster considerando amplissime et populo usque
Diocesi talis indulget benignissime mihi et Diocesi huic in perpetuum alterum Suffra-
ganeum, qui Lublinensis appellari, ac in illo Salarinato plus quam triginta. Scuis
Cracovia difuso, Functiones Episcopales pro me obire debeat, quem adhuc non nomi-
navi ex ratione quæd causa de jure Patronatus Prepositura in Terniensi huic
Suffraganeo dublinen incorporanda, in S^{an}ctæ Rotæ pendens nondum finita sit.

Synodum Diocesanam adhuc non celebravi quia in rei veritate loquendo, in hacten
Regno rarissimus Synodorum usus, ex ratione quæd cum magna difficultate et
incommodo valeat congregari Clerus extorrens in longum et fatum Die-
cibus quales sunt Polonie. In Diocesi mea ultima Synodus peracta est anno 1711.
Provincialis vero Synodus a seculo ferme non est celebrata: atq^{ue} ut candidè fatear
non est urgens apud nos Synodorum necessitas. Habemus enim multas et sufficien-

tes

D

tes Reges ac Statuta, tam Diocesana, quam Provincialia eaq' salutaria et optima
omni duntaxat meliori modo conueniunt ea executioni mandari.

Verbum Dei sub tempore Visitationum à me praedicari non intermitto, quinimo va-
re mihi esse existimò: ut eloquio Pastoralì Populus Dei meae Curiae commissus pascatur
foveaturq', quod idem observari fauio in alijs Ecclesijs per Viros ad hoc munus idoneos
et selectos.

Non est moris hic apud Nos ut conseruetur Depositarius mulctarum, seu pecuniarum
peccatiuarum, et ratione quod raro sine contingat quempiam condemnari cri-
menaliter, et si quando occurrat similis penalis, assignatur ⁱⁿ eique quantitate
quae statim ad aliquod bonum et pium opus disponitur.

Taxa in Cancellarijs meae Diocesis observatur praescripta antiquitus per Constitu-
tiones Provinciales à S^{ta} Sede etiam approbatas quae totaliter est discretæ et mo-
deratæ, habetur animadversio ne abusus in deputatione irrepant.

Quod spectat ad administrandam Iurisdictionem, ut Iustitiae facilius omnibus reddi
possit, in tribus locis generalis Iudicia semper agitantur videlicet in auditorio Curiae
meae Nikijs, Cracoviae apud Vicarium meum Generalem, qui est supra laudatus
Rufinus Potkowski Suffraganeus meus Cracovien, et Lublini apud Generalem La-
tinate Lublinen Officialem per me Constitutum, qui est Bonus Seliowski Epi-
scopus Cracovien. Et praeterea minores causa ventilantur apud Officiales For-
nales in diversis Diocesis meae Territorijs constitutis scilicet Sandomix
Radomia, Lucovia, Vilicis, Sandecis, Lidsnee, Biescij, Tarnoviae et Lilecie, à quibus
ad Curiam meam vel Officiales Generales appellatur. In exercitio Iurisdictionis meae
huc maligno seculo solent enasci difficultates, et propriis in duobus Decanatus
Silesij Plesnensis et Bytomienis in Dominio Regis Borussiae existentibus, quandoq' in cor-
rectione vitiorum Presbyterorum, adveniunt impedimenta, ut contigit non multo
antehe, dum unus Sacerdos mediante Decreto carceratus, ad Regentiam Territori-
alem reuocasset, Captivati fuerunt duo optimi, et exemplares Sacerdotes, per vim
ad Fortalitium Kollense deducti, ut proinde necessarium fuerit, priorem Incarceratum
à meae Iurisdictione liberum dimitti. Non intermisi tamen sedulo per Residentem
Varsaviae Borussiae cum ministerio S^{ae} R^{ae} Mittis Borussiae quantum possibile
fuit agere ut res rite componeretur. Intra Regnum etiam maximum Iurisdictioni
spirituali faespunt negotium continuae controversiae de Foro Decimarum conu-
umq' Seculares siquidem pretendunt causas huiusmodi Foro Seculari subesse, è con-
tra Spirituales suo. Propterea saepe contingit quod Curatum Citantem de De-
cimis ad Forum spirituale, Citatus citat ad Tribunal Regni aesi pro evocatione
sui ad Forum incompetenti, multis exemplis compertum exploratumq' habemus,
quod

"insuper
 quod ipsamet Officia Spirituales contemporanei aetate fuerint, de eadem quasi
 praesentia ad iudicium Spirituale evocatione. Interea in hac materia omne studium
 operamque quam diligentissimam impendi, ut ejusmodi vulnera inter status quam
 placidissime ^{et} absque lesione ^{et} detrimento Jurisdictionis Ecclesiasticae firmentur.

In ultimo conventu generali seu in Comitibus Coronationis Serenissimi Nostri
 Regis decreta est Commisio ex pari numero Spiritualium et Secularium, ad co-
 gnoscendas praetensiones ex utraque parte, ad discutienda gravamina, et conden-
 dam quandam regulam, qua dirigi possint in posterum praedicti Status, a fu-
 turis Comitibus Inalibus Regni approbandam. Nos omnes et singuli Episcopi o-
 mnem possibilem vim et animum in id intendimus, ne in aliquo puncto rerum
 Spiritualium Nos injuriam pati sentiamus.

Ad hoc enim pro complemento relationis de mea Persona hoc addendum esse
 existimavi, in quanto numero reditus meis ad pia et utilia opera non peperci,
 Ecclesiam in Bonis meis a fundamentis de muro cretae, ceterarum est in-
 choata structura, et res seu materia ad perficiendam eadem jam sunt preparatae.
 In reparationem vero Bonorum Episcopalem in quibusdam benignis annu-
 ptorum ultra duos miliones florenorum Polonicarum alias ultra ducenta mil-
 lia sautorum monetae Romanae expendi.

De Clero Seculari verba facturus imprimis innuo: quod iuxta proportio-
 nem Amplitudinis Diocesis meae, multo plures supra omnes Dioceses Polonicae
 numerantur ^{in ea} Personae Spirituales, ascendunt enim ad numerum duorum mil-
 lium ipsimet Presbyteri qui Beneficia canonica possident, ultra ceteros Sacerdo-
 tes qui Vicariatus, aut alia munia manualia obeunt.

In Cathedrali et alijs Collegiatis Ecclesijs Officium Divinum quotidie decantari solet,
 non per Canonicos sed per Vicarios duntaxat, ad id munus ordinatos, sufficienter do-
 ctos, ad honestam eorum sustentationem, quandoquidem in Cathedrali et Collegi-
 atis Canonici non stringuntur ad continuam residentiam, sed ad summum ad
 unius mensis in Anno, ita antiquissimo usu Provinciae et Statutis Capitulari-
 bus id specialiter praescribentibus. Ille vero Canonici qui munus cont-
 nuat et absolvit residentiam penes Cathedrali vel Collegiatam Ecclesiam,
 omnibus tenetur interesse Divinis, Vesperis et Missis solemnes in Dominicis
 et Festis, ac diebus feriatis Missam ut Nostri vocant matutina seu Conventu-
 alem canere, quae ubique pro Fundatoribus et Benefactoribus applicatur.

Omnia Capitula etiam Collegiatarum Ecclesiarum habent Statuta seu par-
 ticularia, tum Decreta Reformationum quibus reguntur, et est continua atten-
 tio super eo: ut executioni semper mandentur, uti etiam ubi sunt Canonici
 Penitentiarum, ut munere suo fungantur ad tramites suam Erectionem.

Laroz

Parochi residentiam adimplent continuam, praterquam qui pluribus Beneficijs
et Beneficijs S^u Sedis sunt provis, atq; ut isti sufficientem numerum Presbytero-
rum penes Ecclesias foveant, Officia mea invigilant.

Libri Metricarum Baptisatorum Copulatorum et mortuorum quod exacte conscribant
supra memoravi, ut pate Parochi in Congregationibus Decanalibus producere eos con-
tentur, quos revidere solent et debent, Decani Aurales et subscribere. In presen-
tiarum vero ex novella Lege Reipublice, indices Baptisatorum quovis anno in Can-
cellarijs publicis Territorialibus per Curatos producentur. et actus inveniuntur.

Sacrosancte etiam id observari curo: ut diebus Dominicis et Festis in Ecclesijs Parochiali-
bus Doctrina Christiana Populo tradatur, et explicetur, alias negligentes Parochi Ju-
rismedijs ad id adiguntur.

Missa Parochialis in Diebus Dominicis et Festis ubiq; pro populo offerretur, que obli-
gatio omnibus Parochis ad notitiam est deducta.

Exercitia Spirituales alias Recollectiones Spiritus ita sunt in usu, ut tam ante su-
ceptionem vestis Clericalis, quam S^u Ordinum omnino absolvantur. Insuper
Alumni omnes in Seminarijs quolibet anno ipsdem vacant. Parochi vero omnes
qui ex consuetudine immemorabili approbationes obtinere tenentur, Vicarij et
ceteri Presbyteri antequam approbentur ad excipiendas Confessiones, quibus ap-
probatio non impertitur longior ultra annum ordinarię, ac illi quibus confertur Faul-
tas a reservatis, et examinis et Recollectionum testimonia juxta Legem Diocesanam
offerre seum et demonstrare sunt obligati, alias non approbantur. Qui autem Status
Ecclesiastico volunt nomen dare, prius per Moderatores Seminariorum rigoroſe
examinantur.

Quantum ad habitum externum universus Clerus semper portat vestes talares
Clericales, quoniam aliter se vestiendi non est usus Provincie.

Conferentie casuum morales per Parochos Diocesanos quemadmodum supra
innui in Congregationibus Decanalibus suis temporibus indispensabiliter in-
stituuntur. In ipsa vero Urbe Cracovie speciali edicto meo, eadem innovari, tempus
et locum peragendarum prescripsi, et continuo practicantur.

Singulari Præſidio Dei in Clero Diocesis mee florent plurimi doctrinę Pietatę bonis
moribus et exempto Viri, verum in tanto numero non desunt et Zelantia, de-
viando a sua vocatione, hi tanquam morbide pedes, separantur a bonis viribus,
coercentur a meis Officijs, incarceranturq; quorum numerus semper est sex aut
octo Personarum. Sæpenumero etiam scandala dictorum vitiosorum Presbyte-
rorum præſidio Appellationis protegentur, quando quidem facile negotio ab al-
tioribus subreptis obtinent remedia. Interca Fideles mei maximam adhibent

Alleg

11

diligentiam etiam in prefatis superioribus Instantijs, ut scelestos non claudopede pena sequatur.

Clerum Saecularem exaequat numerus Regularium in hac Diocesi, quorum notitia haberi potest ex multitudine Monasteriorum, Conventuum, et Collegiorum superius descriptorum.

Regulares ubi curam Animarum exercent, eodem modo reguntur sicut ceteri Curati, et omnia pro Parochis praescripta implere adiguntur, quoniam officia muneris magis prope praeculis habent.

Contingit saepius Regulares extra Monasteria degere in Bonis ad Monasteria pertinentibus, contingit eodem extra claustra delinquere, in quibus casibus quo ad correctionem moremque Constitutionibus Apostolicis super eo emanatis.

His temporibus nullus est ejectus ex aliquo Claustro in mea Diocesi.

In me superius me aliqua Monasteria numerum sufficientem Subiectorum non alentia videntur, complura vero huiusmodi reperiuntur.

Impossibile videtur non versari in quibusdam differentijs cum Religiosis, aut omnino libere esse ab offendiulis eorum, qui suis confisi exemptionibus omnia sibi licere auctorant, jactantque, etiam cum derogatione Auctoritatis Ordinariorum, verum enimvero plurimum non suscepit hae praetextuosa temeritas seu licentia qui calitrare volebant, quoniam usus sum ipsius muneris et auxilijs ad compescendam eorum audaciam, quae in Canones et Constitutiones Apostolicas Ordinarijs gratiose conceperunt.

Presenti tempore (Laus Deo maxime) nulla occurrit ratio offendiuli inter me et illos.

